BENEDICTUS REGUARDATUS DE NURSIA · DE BALNEIS PUTEOLANIS · CINCIUS ROMANUS
Siena (?), 8. Jahrzehnt 15. Jh. /vor 1478 Seite 101r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



bene confert. qui in hoc aut raynerij balneo lauatur / salsis / aut leguminibus non utatur. Sce lucie

In proximo / sante lucie balneum est sic dictum / quia mirabiliter confert oculis / quorum defensionem hanc gloriosam virginem habere dr. dolorem capitis et iuncturarum tollit / oculorum et catheractas non inueteratas / et nebulas destruit / auribus prestat auditum / et remouet sonitum. hoc aliquando cecos illuminauit Balneum sancte marie vel arculus

Non minus laudabilis arculus. a forma fabrice et breuitate loci / diminutiuum nomen accipiens / qui feruens et calidus / epar aptat. animia frigiditate et reumate caput absoluit. oculosa lippitudine et octa ~~luna~~ liberat. Stomacum lib roborat / sopnolenciam nimiam / vel vigilanciam remouet / et utramque extremitatem deducit ad medium. Arculus a quibusdam de sancta maria dicitur.

In hoc crucis balneo sepe miracula Balneum crucis.

cernimus. Quis numeret quot alienis brachijs et pedibus adductos seu baculis substentatos / hoc lauacrum annis singulis sine alterius adiutorio remittit ad propria. A podagra enim pro tempore mirabiliter liberat / iuncturas et neruos sanat. flegma in ipsis inbibitum expellit. tumorem splenis et iecoris soluit. ydropicis ex grosso flegmate subuenit. ventri et ypocondriis prodest. Et quia offert manibus / pedibus et lateri in quibus sunt insignia dominice passionis. Ideo de cruce notatum est. De succellario. alias vulgariter dicitur scassabudello

Prope et subtus horrendam cumane sibille domum que auerno preheminet. quasi ex quadam cella.